

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Crell Elerdus Eden

## **Disputatio Publica De Potentia Et Actu**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729609936>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1643  
Joachim Trell  
Elias Eden



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729609936/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729609936/phys_0002)

DFG

89  
123.

DISPUTATIO PUBLICA  
DE  
**POTENTIA**  
ET ACTU,  
*Quam*  
DEO OPT. MAX. ACTU PURISSIMO  
AUXILIANTE  
*Amplissimo Senatu Philosophico Consentiente*  
In Illustri alma Rosarum  
*SUB PRÆSIDIO*

**DN. M. JOACHIMI CRELLII,**

Rugiani

*Publicæ evolutioni sistit & offert*

**ELERDUS EDEN/ Jeverensis Frisius**  
Autor & Respondens,

*Habebitur ad diem XI. Novembr: in Auditorio*  
*Majori horis matutinis.*



**ROSTOCHII.**

*Litteris NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*  
*ANNO M. DC. XLIII.*



*Admodum Reverendo Clarissimo & Ex-  
cellentiissimo VIRO*

**DN. ALARDO VAECK, S.S. Theol.**

Doctori Celeberrimo, Ecclesiarum Diocesenos  
Jeverensis Superintendenti dignissimo.

NEC NON

*Consultissimis Pietate atq; Prudentia maxime  
conspicuus VIRIS*

**DN. LUBBERTO REXCHERI**

Ejusdem Dominij Quæstori Eminen-  
tissimo.

**DN. MEINHARDO EDEN**

Reipub. Jeverensis consuli Vigilantissimo

*MECOENATIBUS suis PATRIQUE  
ETERNUM VENERANDIS*

Præsens hoc Academicum exercitium obser-  
vantia contestandæ ergo submissæ  
dicat consecratq;

**ELERDUS EDEN.**

SUV Jeō.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA.

De

POTENTIA ET ACTU.

THESIS I.

**D**Octrinam de potentia & actu dispu-tandam proposituri antequam rem ipsam pro-piùs agrediamur, duo observatu dignissima præmittenda ducimus, quorum primum est, quod entis affectiones in duplice sint differen-tia, quædam unitæ sive simplices, quædam vero compositæ, vel ut alij. & rectiñ quoq; eas appellant, disjunctæ: Illæ ideo ita nuncupantur quod simpliciter ac separatim sumptæ non tantum de subjecto suo, ente *nimirum*, enuntientur, sed & retro-commeent, vel, ut Logici loquuntur, convertibiliter prædicari pos-sint. Sic quando dico, omne ens est unum, verum, bonum &c: hæc non modò simpliciter de ente, sed reciprocè etiam prædicantur, omne unum videlicet, item verum, bonum &c: est ens: quamquam prædicatio hæc quodammodo refragari videtur regulæ illi dialecticæ, quæ universalem affirmativam propositionem non sim-pliciter convertendam esse jubet, *Ob necessitatem materie ra-men in summa enti* & equali eum attributū latitudine fundatam peculiare hoc prædictori disciplinis scientia Metaphysica sibi vendicat: Hæ vero disjunctæ entis affectiones dicuntur, quæ quamvis de suo subjecto prædicentur, conjunctim tamen non nisi interventu aliqui-jus connexionis particulæ, verè de eo enuntiari possunt; sive enim quis dixerit, omne ens est potentia, sive omne ens est actus, falsū utrumq; dicet; prius falsitatis arguitur, quia Deus Ter. Opt. Max. summū illud ens entium ita esse suū habuit ab æterno, idem adhuc habet & habebit ultra omnem æternitatem, ut nunquam fuerit in aliqua potentia

A 3

ad

ad hoc esse suum recipiendum, immo afferere, DEUM esse aut fuisse unquam in aliqua potentia, nihil aliud est quam blasphemare. Posterioris itidem falsum est respectu materiae prima, quippe quae nunquam adeo actuata est, quin semper retineat suam sibi potentiam aliam atque aliam formam in se recipiendi: Quotiescunq; vero ad juncta quādam connectendi particulā ita effertur, omne ens est aut potentia aut actus, non solum de hisce duabus, verū etiam de ceteris omnibus disjunctis entis affectionibus verum affirmatur, ut omne ens est aut causa aut causatum, item omne ens est vel necessarium vel contingens & sic consequenter.

II. Secundum quod præmonendum venit ad eos potissimum spectat qui in doctrina affectionum explicanda ab actu & potentia inchoari reprehendunt, rationem inquirentes propter quam ens primo loco in potentiam & actum dividatur: quae questio eti superfluis potius quam fructuosa alicui non immerito videri potest, cum tanta entis sit latitudo, ut nemini fermè constet, quodnam primum ejus sit attributum sufficiatq; ea bene noscere rejectis curiosis questiunculis, quae ad solidam disciplinæ hujus perceptionem faciunt: Interim tamen rationes non desunt quibus probari quodammodo posset in affectionibus entis dextrè exponentibus à potentia & actu initium sumen dum, propter ea quae in Metaphysicis doctrinam hanc præcedunt & de disciplinæ hujus objecto adæquato propriè agunt, in quibus uti crebro potentiae & actus mentio fieri solet ita etiam in subsequentibus rectè pertractandis non incommodè potest institui earundem affectionum commemoratio: Materia enim prima uti inter omnia entia infimum est ac debilissimum, ita DEUS Ter. Opt. Max. ens summum atq; perfectissimum est, quae infinita distantia in eo consistit, quod Deus sit actus purissimus, in quem non cadit nec cadere potestulla passionalitas, sed esse suum independenter, immutabiliter ac indeterminabiliter conservat actuerit: ex adverso autem materia prima est pura puta potentia semperq; apta nata ad hanc vel illam formam in se recipiendam; haec, inquam, infinita analogia respectu Dei & materiae primæ non nisi exposita probeq; percepta potentiae & actus natura percipi vix potest; verū cum questio haec non sit tanti momenti, ut multum de ea contendamus, quemlibet hic suo sensu abundare libenter concedemus.

III. Hisce

III. Hisce breviter ita præmissis ad ipsam potentia natu am considerandam nunc accedimus haut immemores optimi sius consilij, quod in omni doctrinæ genere feliciter pertractando ipse Aristoteles maximè necessarium esse censuit, liberandum videlicet hic ante omnia erit vocabulum potentia ab æquivocatione, quo neglecto facile aliquis in noxios prolabitur errores, secundum illud

*Errorum genitrix est æquivocatio semper.*

Vocabulum itaq; potentia non modo analogicum sed planè æquivocum esse dicimus, nam potentia alia Logica (Latinis eadem rationis, scotisis verò objectiva dicitur) alia verò potentia realis seu naturalis est, quam potentia distinctionem ipse Aristoteles 9. Metaph. cap. 1. & 5. observat dicens vocabulum potentia æquivocum esse, quando tribuitur rei alicui non ut res est sed quantum intellectui humano obiectitur: dupliciter itaq; sumitur vocabulum potentia, uno modo, quando est vera seu realiter naturalis & naturaliter realis potentia, quæ est qvum animal posse ambulare dicitur, huic quoniā ambulatio est possibilis, rectè dicitur esse in potentia ambulandi, & hæc ipsa potentia quæ in actu ambulatione exercendi collocatur reale quoddam ac positivū in se comprehendit; est enim potentia locomotiva habens in se aptitudinem quandā juxta quam ambulandi actū instruere potest: Altero modo sumpta potentia est non realis & dicitur Logica, locumq; habet ubi nulla invenitur repugnantia terminorum qui combinati intellectui nostro objiciuntur, significanter dico, ubi nulla adest terminorum repugnantia, non enim requiritur ut semper adsit certa terminorum convenientia in hac vel illa intellectui nostro objecta propositione, sed sufficit dummodò palpabilis quædam repugnantia in ea non reperiatur: Sic Scholastici quærete solent, an mundus antequam fieret, fuerit in potentia ad fierendum? hic verò non est quæstio an illa potentia activa, ex nihilo quicquam producere, soli Deo propria, sit vera & realis potentia, hoc enim inficiari non modo periculosest, sed in dubium ne quidem circa extremam impietatem ab ullo mortali vocari unquam poterit; hoc saltem quæritur, an objectum illud, vel potius quasi objectum creabile, ex quo fabricatus est mundus, fuerit in potentia naturaliter reali & realiter naturali ad existendum? ad quam quæstionem

Nem rectè dirimendam cognitum per quam necessaria est suprà allata distinctio inter potentiam naturalem sive veram & inter potentiam logicam; illius rationem superius audivimus, hujus ea est, quod non in re ipsa sed saltem in conceptu quodam intellectui nostro objecto inveniatut, quoiescunq; in formata propositione nulla terminorum est repugnantia, ut contradicatio exinde suboriri nequeat, sed potius recta ratio id quod proponitur verum esse firmiter concludat, hoc ubi cunq; accidit, ibi tantummodo potentia Logica non verò realis seu naturalis locum habet: quando igitur queritur, an mundus ante sui productionem fuerit in potentia ad existendum, dici id quidem potest cum hic nulla adsit terminorum repugnancia, adeoq; possibilitas quædam præstò sit oportet, quamvis illa non sit realis certæ cuidam rei inhærens, eam enim tali objecto quasi creabili, quod alias vocamus nihil, tribuere vanum est, nihil enim est non ens, non entis autem nullæ possunt esse potentiae naturaliter reales & realiter naturales: dicere ergo respectu istius objecti quasi creabilis mundum antequam fieret fuisse in potentia ad fiendum, id saltem de potentia Logica accipi potest ac debet, alias si hoc de potentia reali statuatur, non modò ad illas Ideas Platonicas sed manifestò ad ipsum manichæismum, & ad sententiam Aristotelis à Philosophis Christianis jam dudum robustissimis argumentis explosam, de æternitate mundi, quam proximè acceditur. Logica verò potentia non est realis ac strictè ita dicta potentia, sed aquivoce duntaxat, ut homo pictus dicitur quidem homo sed non est verus ac vivus homo, & sicutiens rationis, ens quidem nuncupatur, interim omnem suam entitatem ab humanae voluntatis imperio sortitur & quatenus intellectus practicus, cum quo humana voluntas intimè est conjuncta, circa primas istius entis notiones incipit negotiari, eodem verò cessante nullibi quoq; in universa rerum natura existit, ita quoq; sese habet potentia Logica seu rationis, & uti vero ac vivo cuidam homini homo pictus, & eni reali ens rationis, sic potentiae reali & in summo rigore simpliciter ita dictæ potentia Logica verè opponitur.

IV. Potentia autem duabus divisionibus seu descriptionibus potius in potentiam activam & passivam dispescitur ab Aristotele; Illa dicitur esse principium transmutationis in aliud quatenus est aliud

aliud, in qua descriptione tria notatu utilia occurunt: primo enim quando Philosophus hic dicit principium transmutationis, id intelligendum est de *principio proximo*, etenim si quodvis principium hic quis intelligere vellet is eo ipso substantias quoq; haberet pro potentiis, quæ potius substantiarum sunt accidentia & sic cum accidentibus confunderet substantias, quæ itidem dinuntur principia non proxima sed *remota*, cùm nullas operationes, aut (generalius loquendo) nulos actus immediate, verū mediante qualitate, seu cuiusdam potentiaz activæ interventu producant; Sic ignis urit quidem subjectum aliquod combustibile sed mediante vehementissimo suo calore, homo itidem dicitur rem intelligere sed interventu intellectus qui est Φυσικὴ δύναμις cuiusq; beneficio intelligendi actus producitur & perficitur, nihilo minus tamen homo ipse intelligit, eiq; hæc activa potentia verè tribuitur. Secundò in eādem hac descriptione dicitur, potentiam activam esse principium, *transmutationū* in aliud, pro quo, nostro quidem iudicio clariū dici posset, potentiam activam esse principium *transmutandi aliud quatenus est aliud vel etiam operandi in aliud*, ita enim magis appetit principium illud in ipso agente potius quam patiente residere: Cùm enim dicimus ignis est potentia transmutationis in aliud, non satis liquet, utrum illa potentia igni potius competat an illi, quod hic dicitur aliud, quod fortassis vel lignum vel stipula vel aliud quoddam objectum combustibile igni approximatum, esse potest; Si verò dicamus, ignis est principium *transmutandi aliud*, clariū patet, cuinam rei principium hoc sit tribuendum. Tertiò deniq; notatu dignum est, qnando in hac descriptione dicitur aliud quatenus aliud, per & aliud necessariò intelligendū tale quid *quod non plane idem sed diversum quodammodo est ab illo principio quod quicquam trans mutare dicitur*; una enim eademq; res quæ identitatem eandem in eādem substantia fundatam, habet, seipsm mutare nullo modo potest; quemadmodum ignis non ipsum ignem sed lignum seu stipulam aut simile quoddam objectum combustibile in ignem conjectum, transmutat, diversum, autem si non semper sit secundum aliud subjectum, sufficit si tale sit secundum aliam ejus partem vel respectum ut in actibus immanentibus: tribus hisce ita observatis cæteræ difficultates, quibus hæc Aristotle.

stotelica descriptio (de rebus creatis potissimum intelligenda) involuta esse videri posset, facili negotio superantur.

V. Potentia passiva est principium in re, quo quipiam pati potest ab altero quatenus alterum, ita eam definit Aristoteles *libr. 3. Metaph. cap. 1.* Sic potentia passiva seu receptrix ignis est in stipula aut alio quodam subjecto, quod est aptum natum ad ignem concipiendum, nisi enim corpus quoddam fuerit combustibile ignis; sat tamen vicinum in perpetuas aeternitates ne quidem comburetur: Hic nobis sub manu quasi pulcherrima enascitur questio, an scilicet realis aliqua potentia (non facta aut equivocata tantummodo) ita dicta ut potentia rationis) quae eodem respectu sit simul & activa & passiva, dari possit? ubi nos affirmativè respondemus; non autem hic dubitatur, an una eademque res creata in se continere queat naturalem quandam potentiam quae sui subjecti respectu potentia activa, objecti verò, ad quod sese terminat, respectu, potentia passiva verè dicatur, de eo enim nemini mortalium ullum unquam dubium fuit obortum: Ita ignis naturali suâ comburendi vi in lignum aut stipulam agenti potentia activa merito tribuitur, quatenus vero ejus comburendi vis ab aqua opposito igni elemento extingui potest, etenus quoque ignis eidem potentia passiva potest assignari: de tali inquam questione hic nobis non est sermo, sed id in questionem veritatis detur hujusmodi aliqua, realis & in strictissimo significatu ita dicta potentia quae earundem intelligibilium specierum respectu & activa & passiva nuncupari potest? nos affirmativam probamus responsioem adducto illustri quodam exemplo, quale unicum duntaxat, uti notum, ad particularem quandam propositionem, quemadmodum haec est, evincendam, sufficiens, idque desumitur ab intellectu humano, ille enim quatenus species quasdam intelligibiles producit, etenus quoque dicitur, potentia activa, seu ut Aristoteles loquitur, *intellectus agens*, prout verò idem intellectus humanus species istas intelligibiles productas in se recipit ut hoc modo actus intelligendi fiat completus, potentia passiva, (seu ut iterum cum Aristotele loquamur) *intellectus patiens* vocatur: Unus igitur idemque intellectus humanus earundem intelligibilium specierum respectu & activa & passiva potentia recte dici potest.

VI. Alia

VI. Alia præterea quæstio hic excutienda est, an videlicet omni potentia activa reali semper quædam potentia passiva realis necessariæ respondeat? ad quod distinctè respondemus: Si verbasiant de rebus purènaturalibus naturaliterq; sibi relicts, tum dicimus, omni potentia activa certam quandam potentiam passivam necessariò opponi, alias frustanea esset: Si verò quæstio instituitur de potentia activa supernaturali quadam vi atq; virtute elevata, tum non requiritur aliquid realiter positivum, quod, *potentia passiva in statu isti*, aliquis statuat, is ipsum quoq; DEUM manifestæ cujusdam imperfectionis arguit, qui infinità suâ potentia activâ quemlibet actum (non defectum aut contradictionem aliquam, à qua divina natura quasi abhorret, in se continentem) exercere potest, quamvis subjectum actum illum reali suâ essentiâ respiciens manifestò absit, hoc enim sinon conceditur, ipsa creandi actio in DEO tollitur, cui nulla potentia passiva respondeat, cum creare nihil aliud sit, quam ex nihilo nullaq; præexistente materia reale quoddam, infinità virtutè producere, hoc verò quoniam S. Scriptura de DEO diserte testatur, verum quoq; erit, divinæ ejus potentia activa infinitæ realem potentiam passivam necessariò non respondere.

VII. Quemadmodum igitur, ut ad priora revertamur, purènaturalis potentia activa supernaturali quadam virtute atq; efficaciâ ultra debitam suam conditionem & naturæ vires elevari potest, ita quoq; ex ordine alterius cujusdam supernaturalis agentis nō requiritur, ut potentia passiva sit merè naturalis, quæ supernaturali agenti respondeat: Ita DEUS Ter. Opt. Max. animam nostram elevat quotidie, ut divinæ gratiæ nobis oblatae capax fiat, cujus nunquam particeps fieri posset in puris naturalibus relicta, quod itaq; anima hujus divinæ gratiæ compos evadat, est quidem potentia passiva, quæ illa gratia divinitùs oblata recipitur, non tamen est merè naturalis, quæ solis naturæ viribus in actum deducitur, sed potius obedientialis, anima enim hujus divinæ gratiæ particeps fieri potest, modo ex mera malitia illam sibi oblatam non excludat, nam habet potentiam obicem ponendi Spiritui S. gratiam illam omnibus ex quo offerenti, quod si non haberet eam potentiam, omnes omni-

nam homines vitam æternam necessariò consequerentur ista verò gratiam illam supernè collatam respuendi facultas, nihil planè perfectionis animæ nostræ apportat, cùm ipsa sit summa quædam imperfectio ob originalem illum defectum animæ nostræ induisse adhærentem, ut id in Theologorum Schola uberior exponi solet.

VIII. Alia adhuc quæstio non incommodè hic moveri potest: Sicuti potentia activa reali, quando sermo de creaturis purè naturaliter agentibus (quod nunquam non præsupponendum) instituitur, certa quædam potentia passiva realis semper respondet, an ita quoque vice versa potentia passiva reali necessariò aliqua potentia activa realis respondeat? Quæ duæ propositiones inter se plane sunt distinctæ; posteriorem enim non eū certa quadam limitatione uti priorem ob infinitam divinam potentiam, sed simpliciter proorsus accipi debere statuimus, hæc enim non tantum de creaturis naturaliter agentibus, sed de supernaturalibus potentiis passivis, quæ ad agencie DEUM referuntur, verissima est, nulla namque potentia passiva realis tam respectu DEI quam respectu creaturarum statui potest, nisi reale aliquod agens verè adsit; ubicunq; ergo potentia passiva reputatur ibidem reale aliquod agens verè adsit oportet.

IX. Exinde autem non statim sequitur actionem & passionem semper esse unius ejusdemque naturæ, ordinis ac eminentiæ, fieri enim potest, ut agens sit altioris ejusdem ordinis ac eminentioris naturæ quam patiens, quod itidem observatu dignum judicamus propter articulum resurrectionis contra pertinaces ejus negatores firmiter stabiliendum; Aristoteles quidem materiæ primæ potentiam passivam tam universaliter tribuit, ut dicat eam non tantum ad futuras sed ad præteritas quoque formas in se rursum recipiendas aptitudinem habere, hinc idem statuit generationes plane esse circulares: quanquam autem tantam materiæ primæ tribuit latitudinem, hoc tamen per naturam fieri posse negavit, ut anima rationalis ab humano corpore separata rursum per potentiam naturalem in pristinum corpus reduceretur: verum quicquid sit de reliquo hinc nihil opus est illa naturali potentia, hæc enim si apta nata esset, ad recipiendam eandem numero animati in idem numero corpus, tum id humanæ mente comprehendi posset & consequenter resurrectio mortuorum non esset articulus fidei: habet quidem corpus huma-

humanum potentiam passivam ad recipiendam animam à corpore per mortem separatam, non potest autem hāc suā passivā potentiam eam reintroducere.

X. Porro utraq; harum potentiarum rectè subdividitur in potentiam naturalem & in obedientialem, quibus Seotus adjungit *potentiam neutrām*, de qua quid sentiendum arbitramur inferius exponemus pluribus, contenti interim bimembri hāc divisione: Philosophis gentilibus altera duntaxat in rebus naturae cognita olim fuit, quam naturalem vocamus, in qua agens suum patiens & patiens suum agens ita perpetuò respicit, ut res sit purè naturalis, sicuti accidit in cunctis generationibus, corruptionibus, diminutionibus & in hisce similibus, ubi semper quod agit fuit in naturali potentia ad istam actionem exercendam, & id quod fit, semper fuit in naturali potentia ad fiendum, adeoq; inter agens & patiens hīc non modò naturalis sed & positivus intercedit respectus, potentiamq; naturalis quando agit fit actio & simul etiam ejus opposita passio est à natura, cum nullū naturaliter agens in actu suo perficendo supernaturalem aut specialem quandam concursum efflagitetur sed eum commodè exercere queat, modò intimè ei sit conjunctus ille universalis DEI concursus.

XI. Præter hanc potentiam activam & passivam naturalem aliam adhuc Philosophi Christiani deprehenderunt, quam obedientialem eos nuncupare paullò superiùs diximus, quæ itidem in actionem & passionem deducitur, sed non nisi per superiorius quoddam agens, quod eam naturalem suam inclinationem excedere jubet: Nos verò ulteriùs probabimus & ostenderemus dari non tantum activam & passivam potentiam obedientialem quæ quasi principialis dici possit. Verùm etiam activam potentiam instrumentalem quæ itidem mērè obedientialis dicitur: quæ omnia ut clare percipiantur certis quibusdam exemplis illustranda erunt: Primo itaq; potentiae obedientialis exemplum Sol maxima errantium lampas nobis subministrat, qui nutu divino contra suam naturalem inclinationem à cursu substítuit, quæ potentia subsistendi soli sanè naturalis dici nequit, alias, pluribus vicibus per se stare posset, cùm tamen secundum naturalem suam inclinationem sit in perpetua quadam circum gyratione, proinde hāc subsistendi potentia

rentia quæ in sacris tribuitur soli, alterius ejusdam generis necessaria erit: quando autem omnis creatura suo creatori DEO promptum obsequium præstare tenetur, sol quoque dum ad nutum & voluntatem Dei à cursu suo conquivievit, fuit in tali potentia obedientiali. Idem in eadem fuit cum tempore Achab. naturali suo cursu regrediendo actum obedientiale creatori Deo exhiberet. Simile quoddam exemplum nobis suppeditat Asina Bileami, quæ itidem ad nutum divinæ Majestatis contra naturalem suam potentiam loquuta esse in sacro texu perhibetur, ast non potentiam naturali sed merè obedientiali. Plura hisce similia exempla etiam ex codice Evangelico proferti possent, nisi brevitatis studiosi esse mallemus, antequam autem hinc digrediamur non possumus quin certam quandam hujus obedientialis potentiae definitionem Lectori relinquamus; ea autem nihil aliud est quam ipsa entitas naturæ creatæ à DEO ultra naturales vires elevata per suam aptitudinem quam habet, in se creature ad promptum obsequium præstandum, quotiescumque creator iusserit, imperaverit, voluerit: alias in genere describi solet, quæ produci potest ab agente intellectuali.

XII. Talis potentia non activæ tantum sed & activæ & passivæ simul exempla suppeditunt, immo huic quoque potentiam obedientiale instrumenta liter agentem non incommodè addi posse superius asseruimus, allatis itaque merè obedientialis potentiae exemplis restat ut etiam potentia activæ obedientialis adscribamus; compendio autem studentes ex ubere messe paucula quadam feligemus, quæ perspicuitate suâ fidem æquabunt omnium; primò igitur hujus activæ potentiae exemplum manifestissimum habemus in ligno isto quod in aquas amarissimas projectit Moyles ut dulcederent, quod etiam factum ex sacris liquidissimè constat, aquæ enim amarissimæ erant, ut ne brutis quidem animantibus nedum hominibus in potum commodæ essent, ligno autem isto in aquam projecto statim conversæ sunt in dulcedinem, etiam autem vis atque efficacia tanta tam parvi ligni non est, ut vastum aliquod mare aut integrum stagnum corrigere possit, potentia tamen hæc activa ligno isti tribuitur quæ quoniam non est naturalis, obedientialis & quidem activa sit oportet, cum Deus id ita iusserit ac voluerit.

XIII. Potentia porro obedientialis passivæ exemplum ipsa anima

anima nostra nobis suggesterit, quippe quæ Christum ejusq; doctrinam oblatam recipit; est enim in anima nostra vera quædam potentia passiva obedientialis quæ recipitur illa per Christum nobis oblata gratia, quam nemo mortalium naturæ suæ viribus sibi relicitis unquam consequetur, sed ut anima humana ejus capax fiat necesse est ut à DEO elevetur eoq; pacto illa passiva obedientialis potentia animæ verè tribuitur.

XIV. Potentia obedientialis, quæ est & activa & passiva simul, exemplum suppeditat nobis intellectus nostet habens in se aptitudinem ad claram videndum DEUM in vita æterna, cum homo salvari possit: potissima autem æternae salutis pars gravissimorum. Theologorum sententiæ in eo consistit, ut *intuitive* DEUM videre queamus: nemo verò adeò puerili erit animo, ut oculis corporeis hanc completam DEI visionem tribuendam esse statuat, sed de oculis mentis, quorum vices intellectus sustinet, id nunc intelligendum est: intellectus ergo quo eomplete videtur atq; cognoscitur Deus, hic se habet ut potentia & activa & passiva obedientialis; quatenus enim ipse divinius illuminatus hanc potentiam elicit, eatenus dicitur obedientialis activa, quatenus verò eandem jam excitatam vicissim recipit, catenus dicitur obedientialis potentia passiva, non naturalis, quum nemo mortalium solis naturæ viribus vitam æternam adeundi facultatem consequi possit.

XV. Exemplum deniq; potentia activæ obedientiales instrumentaliter agentis subministrant nobis duo N. T. Sacra menta, Baptismus & Sacrosancta Eucharistia, quæ divinam gratiam hominibus rectè iis utentibus conferendi vim atq; virtutem in se continent, idq; præstant non tanquam causa aliqua principalis, quæ est solus & unus Deus, sed tanquam cause instrumentales à DEO ad id institutæ: Sacra menta igitur sunt potentia activæ obedientiales instrumentaliter agentes gratiæ divinæ hominibus tum communicandæ tum confirmandæ non naturaliter sed prorsus mysticæ ac supernaturaliter; quæ enim, ut Div. Augustinus præclarè loquitur, potest esse tanta virtus aquæ, ut dum corpus abluat eorū simul tangat? nisi beneficio verbi elevetur? aqua ergo per meram instrumentalem obedientialem activam potentiam hoc præstare dicitur, quoniam Deus id ita fieri voluit, quemadmodum de istiusmodi

actionibus supernaturaliter productis doctè atq; eleganter ante laudatus B. Augustinus in epistola quadam, decima nisi memoria mihi imponat, eloquitur, D.E.U M videlicet posse aliquid facere, quod nos, fateamur necesse est, investigare nullo modo possumus, in talibus enim tota ratio facti est infinita potentia facientis : Huic autem non naturalis sed obedientialis potentia respondet.

XVI. Huic potentiae Scotus, majori subtilitate quam ullà necessitate (quod tamen cum pace tanti viri dictum sit) adductus potentia neutrā superaddit, & exemplum quo suę potentiae neutræ (neutrīus) evincere laborat, ab igne mutuatur, qđi proximum circulum Lunæ tangit & tamen est & manet ignis ille corporeus proinde alter fieri nequit, quin contra suum naturalem motum respectu Lunæ violenter circumgyretur, nulli autem igni corporeo circumgyrari naturaliter unquam competit, cùm motus ejus solummodo sit rectilineus superiora petens, quamvis itaq; motus iste circularis igni non sit potentia aut inclinatio quædā naturalis, nec obedientialis, quoniā neq; à DEO in actū deducitur, & nihilominus tamen perficitur, hinc Scotus concludit, dari necessariò aliquam potentiam medianam inter naturalem & obedientialem, quæ neutra dicitur: Nos verò ad id, licet certum omnino esset dari ignem sub concavo lunæ, de quo tamen adhuc litigatur, primò respondemus, vocabulum obedientiale analogicum esse, & analogicè etiam de suis inferioribus posse prædicari: Deinde superiorius cujusdam agentis respectu obedire dicuntur dupliciter, uno modo positivè, quando id quod superiori agenti obedientiam præstat, realem aliquem aptitudinem obtemperandi illi in se continet, quo modo quævis ferè corpora dicuntur esse in potentia obedientiali ad quasvis artificiales formas recipiendas: sic arbor est in potentia obedientiali, ut fiat mensa, scamnum, aut aliud quoddam utensile domesticum: hæc enim potentia naturalis dici nequit, nullum enim in arbore principium est naturale ejus operis, quod hominis artificio ex illa construitur, sed retinebit illa nativam suam essentia, quamdiu nullus accesserit artifex: Hoc itaq; respectu arbor dicitur esse in potentia obedientiali ad certam operis formam artificis beneficio in se recipiendam, quæ potentia quasi positiva dicitur cùm parum absit à vera illa & propriè ita dicta potentia reali: Interim autem comminisci possumus, Philosophos non

non insimi nominis statuere id saltem dici debere in potentia obedientiali, quod ad DEI omnipotentiam respectum involvit; quod quidem nobis minus probabile videtur, annon enim ipsi etiam subditi sunt in potentia obedientiali, respectu sui Magistratus politici, ut & omnia artefacta vel adhuc facienda respectu sui artificis? Altero modo aliquid obedire dicitur tantummodo *negative*, quod superiori agenti resistere aut reluctari nequit, nec nisi per supernaturale quoddam principium actuari potest: Hinc cuivis liquidò appareat, neutram potentiam Scotti prioris esse ordinis, ubi vocabulum *obedire positivè* intelligitur: Ignis enim respectu Lunæ seu superioris cuiusdam ordinis motui isti circulari naturæ suæ vi atq; efficaciam non valet resistere, sicut arbor aut aliud quoddam lignum inefficax est ad resistendum lignario artifici, ne ex eo scamnum, mensam, aut aliud aliquod utensile domesticum construat: Tantum de potentia ejusq; variis divisionibus in genere.

XVII. Quibus breviter ita disputatis ordo nunc ad specialiora quædam ventilanda nos deducit, ubi primò accurate expendendum atq; ponderandum venit ex ipsâ entis naturâ, quod Ens secundum analogiam suam in ens primum seu independens & in entia secunda seu dependentia dispescitur, inter quæ cùm infinita intercedat distantia, magno quoq; discrimine hæc potentia primo illi ac independenti enti, & entibus secundis seu dependentibus inesse dicitur in illud neq; obedientiale neq; passivam potentiam unquam cadere posse ita probatum damus: *Quodcunq; non habet se aliquid superius in id ulla potentia obedientialis cadere nequit: Atqui ens independens, quod est solus D E U S, non habet se aliquid superius.* Ergo. Major per se ex ipsis terminis liquet, cùm inter obedientiam imperare & inter ipsum obedire certa quædam relatio intercedat quæ unum altero superius esse manifestò arguit. Minor itidem certissima est & citra palpabilem contradictionis implicationem negari nequit, adeò quoq; ut ex summitate DEI Tertullianus alijq; priscæ Ecclesiæ Doctores rectè conati sint demonstrare ejusdem unitatem, ubi enim est summum quid, ibi nulli multiplicationi relinquitur locus, ut id alibi pluribus disputatur: *Quoniam itaq; D E O nihil est superius, nihil quoq; reperitur cui D E U S obedire tenetur.*

XVIII. Por.

XVIII. Potò neq; potentiam ullam passivam cadere in Deum ita demonstramus: Quodcunq; non habet se perfectius atq; robustius quicquam id neq; habet potentiam passivam: Antecedens verum est de D E O. Ergo & consequens: Majoris veritas iterum ex accurata terminorum consideratione manifesta evadit: Minoris quoq; non modò ex divinæ revelationis sed etiam ex rectæ rationis lumine il-lucescit veritas: D E O enim nihil perfectius, fortius aut robustius vel singi vel cogitari unquam potest, sed in eo est summa potentia quæ in Theologorum schola omnipotentia dicitur: omnis ergò potentia passibilis à D E O longissimè est remota quæ aliquid ad minimum imperfectionis involvit, dicitur enim passibilis respectu actus à quo realiter è potentia deducitur in ipsum actum. Sed dicat quispiam; potentia est affectio entis: atqui D E U S est ens, ito ens omnium primum ac summum. Ergo. Resp. Est affectio sed disjuncta quæ cum illatione oppositi tantum omnem entis latitudinem exhaustit: Deinde tribuitur quidem aliqua potentia D E O verùm illa est merè activa, quæ dupliciter quidem secundum nostrum imbecillem cognoscendi modum in primo illo ente statuitur non verò quasi ulli duplicitati (ut ita barbare loquamus) sive compositioni in D E O detur locus, sed dupliciter agere dicitur D E U S vel secundum absolutam suam potentiam vel interdum secundum conditionatam, quæ tamen ab illa priori reale aliquid distinctum non est, sed consideratur vel ad creaturas vel ad alia attributa D E I, ut secundum eam D E U S id quandoq; facere non posse dicatur quod secundum absolutam suam potentiam h. e. omnipotentiam alias facere potest, dummodò id aliquam factibilitatis non defectibilitatis (ut loqvuntur) rationem includat quod si hoc vel illud alicuius defectus rationem in se continet, tum recte dicitur id à D E O fueri non posse ob summam ejus & ineffabilem perfectionem.

XIX. Quotiescunq; etiam consideratur potentia D E I, quæ ad certam aliquam presuppositam conditionem ordinata dicitur & respectu certi cuiusdam attributi divini, recte dicuntur ea à D E O fieri non posse, nisi presupposita conditione perfectè impletâ, nec hoc aliquam imbecillitatem sed incomprehensibilem potius perfectiōnem in D E O arguit: ut cùm queritur, potestne D E U S paenitenti

pecca-

peccatorum veniam denegare? negative utiq; hic respondendum erit, stante enim divinâ ejus misericordiâ, simulq; immotâ promissionis divinæ veritate fieri non potest, ut DEUS pænitentiam agenti veniam denegeret: Eodem modo quæritur, potestne DEUS diabolum cæterosq; genios malos æternis ac inextinguïbilibus flammis semel addictos ex infernali carcere eripere, ereptosq; salvos facere? Resp. Potest id quidem DEUS secundum absolutam suam potentiam præstare, cum id in se nullam omnino implicet contradictionem tam à parte agentis quam à ipsius objecti: idem tamen dicitur quoq; rectè à DEO fieri non posse juxta ordinatam ejus potentiam, quâ semel statuit & dixit ex inferno non dari regresum aut liberationem, stante ergo sententia hujus veritate, DEUM quoq; id facere non posse rectè dicitur; unde apparet quantum sit discriminis inter potentiam DEI absolutam & inter potentiam ejus ad certam conditionem restrictam, quamvis interea nihil prorsus distincti in ipso DEO reperiatur.

XX. Fundata quidem est potentia DEI in infinita ejus essentia tanquam in aliquo fundamento, ita tamen *ut res fundata & fundamentum ipsum sint prorsus unum & idem numero*, aliâs hæc duo repugnarent illi incomprehensibili simplicitati quæ DEO tribuitur: ita & eodem sensu rectè dicimus fundamentum immortalitatis in DEO esse æternitatem, æternitatis infinitatem, infinitatis independentiam essentiae; si ergo potentia est infinita extendit quoq; sese ad ea omnia quæ non tollunt à DEO infinitam ejus perfectionem si ei tribuatur, ut contradic̄tio in adjecto.

XXI. Quoniam vero magni momenti esse non ignoramus rectè judicare posse, quid verè ac propriè contradictionem implicet, non abs refortassis fuerit, paullò accuratiū hīc de ea agere & quæ ejus nota sint, proponere ac demonstrare: dicimus ergo triplici modo aliquid veram involvere posse contradictionem & consequenter etiam vel per infinitam DEI potentiam non fieri posse ob hunc triplicem defectum.

XXII. Primo enim aliquid non potest fieri *à parte ipsius facientis*: ut cum quæritur an homo possit creare Angelum? (liceat mihi nunc in congresu doctorum tales quæstiunculas iugere) hīc equidem respondendum, hominem id viribus suis præstare nullo modo posse:

C

posse: quæritur ergo ulterius, an hæc impossibilitas creandi Angelum lateat in parte objecti sit ne Angelus creabilis an verò increibilis, quorum neutrum respectu hominis affirmari potest: posterius falsum est, cùm solus DEUS increibilis dici debeat, quippe qui ab omni æternitate nec creatus nec productus, sed à seipso, per seipsum & in se ipso existit: nec prius verum esse potest hominis respectu: Angelus enim ab homine non potest creari, quia ipse partim est præstantioris atq; eminentioris naturæ ac conditionis partim quoq; cùm nihil omnino creare possit, creatio namq; infinitam potentiam requirit, quæ nec homini nec ipsis quoq; Spiritualibus substantiis finitis sed Soli DEO increato competit: quando igitur asserimus, hominem sibi relatum non posse creare Angelum, hic defectus est à parte ipsius facienti non verò à parte objecti, hominis enim potentia est creata & consequenter finita, proinde non potest quicquam naturaliter producere ex nihilo, cùm inter aliquid & nihil infinita quædam distantia intercedat, quam non finita sed sola infinita DEI potentia transire valet.

XXIII. Secundo modo quicquam fieri non posse rectè dicitur, quotiescumq; reperitur defectus à parte ipsius objecti, ut si quærat, possitne homo videre sonum, item dulcedinem aut acrimoniam? ubi iterum negative respondendum est: defectus autem ille non est à parte facientis, quasi homo ipse videndi facultate destitutus sit, verum à parte objecti, nam neq; sonus, neq; dulcedo neq; acrimonia sub formalem videndi ratione cadunt, hæc ergo quoniā partim auditus partim quoq; gustus, non verò visus, sunt objecta, defectus hic à parte ipsius objecti quod non est visibile sed tantum(ut ita loquar) audibile aut gustabile, reperitur.

XXIV. Tertiò deniq; aliquid non posse fieri dicitur, quando utring; tam à parte facientis quam objecti adest defectus, ut cùm quis interrogat, an lapis possit videre odorem? ubi etiam negativè quilibet respondebit, est enim ab utraq; parte tam facientis quam objecti aliquod absurdum, lapidi enim per ipsam rei natutam non debetur visio, & si etiam de facto ob obedientiam potentiam supernaturaliter ei per omnipotentiam DEI videndi facultas concederetur, nihilominus tamen odorem videret nunquam, cùm sit olfactus non verò visus objectum, ideoq; ab utraq; parte aliquis hic adest defectus, unde in summo rigore ac strictissimo significatu ita dicta oritur contradic̄tio.

XXV.

XXV. Plures hisce tribus contradictionem in adjecto cognoscendi modis nec fingi nec excogitari possunt, idcirco efficaciter hinc atq; irrefragabiliter ita argumentari possum. Quotiescunq; nullus reperitur defectus cum agentis tum objecti respectu, toties aliquid in potentia ad fiendum verè dici potest: Atqui à DEO quæ fieri dicuntur in illis neq; a parte agentis neq; etiam objecti defectus esse potest silius quidem respectu, nullus esse potest, cùm sit ipse DEUS qui est infinitè perfectus, neq; hujus respectu ullus consistere potest defectus, cùm objectum illud dicatur possibile ad fiendum; ergo omnne id est in potentia ad fiendum, seu quod eodem recidit est objectum absolutæ divinæ potentiaz; neq; hoc aliter unquam esse posse vel inde constat, cùm omne id quodcumq; secundum nostrum concipiendi modum in DEO cognoscitur, vel certi cuiusdam attributi divini vel in respectu ad alia entia extra DEUM vel deniq; omnino absolute citrag; omnem reflectum, ut in se est: cognoscitur ac consideratur, trium horum quodcumq; eligitur non nisi tertium quoddam eorum esse potest, quartus enim modus fingi ne quidem, multò minus dari potest.

XXVI. Unde rursus tale construitur argumentum: Quum DEUS omnipotens dicitur, ideo id stat oportet, quod omnia facere possit, que vel creaturæ possunt, vel quod sibi possilia possit, vel deniq; quod cuncta absolute possilia facere possit, quartus aliquis respectus nec fingi nec dari à quoquā poterit: omnia enim aut absolute aut relativè tuntum considerari dicuntur, si cum certa relatione, tum relatio illa aut ad creaturas aut ad ipsum DEUM terminatur: verū relatio hæc non potest respicere creaturas, cùm potentia DEI creaturarum potentiam quam longissimè excedat idq; non modò multiplicia miracula, sed etiam omnium miraculorum primum creatio scilicet abundè testatum facit: quoniam igitur DEUS multò plus præstare potest, quam creaturæ, DEUM respectu creaturæ potentem dicere velle absurdum erit, multò magis absurdum est statuere, DEUM ideo esse omnipotentem, quod sibi possilia possit, est enim hæc descriptio ejusdem per idem sicuti ergo absontum est, definire idem per idem, ita æque absurdum est, si quis dicat DEUM esse omnipotentem, quia facere potest omnia quæ potest, quod est manifesta quædam petitio principij: aliud deniq; hinc elicitur absurdum:

surdū: Sienim DEUS ideo vocatur omnipotens quod sibi possibilia possit, eodē planè modo omnes omnino cœtauræ dici possent omnipotentes, cùm nulla earum tam parva tamq; abjecta in universa rerum natura existat, quin effectus *sibi possibiles* producere queat: Proinde neq; cœtaurarum neq; suo ipsius respectu DEUS ullo modo dici potest omnipotens, sed ideo *quia facere potest omnia absolute possibilia* & quæ aliquam contradictionem aut quicquam imperfectionis in DEUM non important.

XXVII. Hic non necessarium ducimus, ut argumenta Plinij operosè à nobis refutentur, plurima enim eorum aut levia sunt aut manifestò implicant: nam dicere DEUM non esse omnipotentem ideo quia non potest mortem sibi consescere hoc est nugari, mori enim posse non est argumentum cujusdam potentiaæ sed extremæ impotentiaæ: quocirca dicere DEUM ideo non esse omnipotentem, idem planè est ac si quis dicat *DEUS non est omnipotens quia est summa impotens*, quænam verò hæc est consequentia?

XXVIII. Secundum Plinij argumentum quo evincere conatur DEUM non esse omnipotentem, ejusdem prorsus farinæ est: DEUS, inquit, mortales immortalitate donare nequit: ergo nullo modo omnipotentia ei tribui potest: hujus autem assertionis rationem falsam esse non tantum ex lumine divinae revelationis, quo pectus Ethnicorum non fuit illustratum, sed etiam ex rectæ rationis lumine omnibus innotescit; Etenim tam recta ratio quam divina revelatio dicitur atq; docet possibilitem hanc, DEUM nimisrum posse corpus à morte præservare & mortuum vivificare ad minimum, quale exemplum apud ipsum Platonem de Ero extat, qui per integros quinq; dies emortuus revixit: Quod verò tempore istius gentilis Philosophi factum legitur non erit omnino impossibile dicendum Plinio; transigat ergo cum sui generis homine antequam veritatem nostram impugnet, nos interim certius id ex Scriptura S. demonstrari posse arbitramur.

XXIX. Tertium deniq; argumentum quo omnipotentiam DEI impugnat, nullius quoq; roboris est; dicit enim DEUM non posse unum eundemq; hominem & honore & dedecore simul & semel afficere, adeoq; non esse dicendum omnipotentem: Hoc manifestam involvit contradictionem quæ in Divinam Majestatem non cadit,

cadit, cum eum de quo dicitur manifesti mendacij arguat; hoc autem ne quidem in virum probum cadit, multò minus in DEUM Ter. Opt. Max: quod itaq; dicatur DEUS hoc præstare non posse ob manifestam contradictionis implicationem, non est defectus in ipso agente sed in objecto quod perficiendum erat; proinde neq; DEO citra blasphemiam immo extremam impietatem tribui unquam potest: notum est iis omnibus qui à primo saltem limine disciplinas practicas salutariunt quantum incurrat crimen, qui politici Magistratus sive regis sive summi cuiusdam Principis Majestati quicquam detraxerit, adeo quoq; ut non tantum ipse autor istius sceleris, ob perpetratum hoc crimen læsa Majestatis capitali pñnae adjudicetur sed etiam liberi & cognati omnes si quos habet gravissime luere cogantur. Si itaq; tanto periculo sese exponit qui in foro politico tale crimen committit, quanto gravius incurret crimen ejusq; subsequentem pñnam, qui in foro DEI seu conscientia crimen læsa Majestatis divinæ patrariit tale quid DEO tribuendo, quo divinæ ejus essentiæ quicquam perfectionis derogatur: Sufficit ergo in hisce & similibus argutiunculis diluendis probè observare, quæcunq; DEO tribui nequeunt aut à parte objecti, aut ob conjunctam materiæ imperfectionem, aut deniq; quod simplicitati divinæ, si ei tribuantur, detrahant quicquam, hæc omnia tandem eo resolvi quod manifestam implicent contradictionem, ab ea verò quæ libera sunt objectum quoq; divinæ potentia esse utcunq; possunt...

XXX. Quemadmodum nunc verissimum & extra omnem dubitationis aleam positum est, omne id quod contradictionem in adjecto implicat, objectum divinæ potentia esse nullo modo posse: ita è contrario nihil arduum magis atq; difficultius est, quam rectè de re aliqua judicium ferre, an implicet verè in adjecto contradictionem quod circa exactissimam utriusq; termini, quibus enuntiatio constat, cognitionem neutquam fieri potest; At enim verò plerumq; rerum non divinarum tantum sed terrenarum & sublunarium quoq; essentia vel omnino nos later, vel tenuem admodum eorum notitiam habemus, hinc tanta rectè de contradictione in adjecto judicandi oritur difficultas.

XXXI. Quoniam ergo terrenarum & sublunarum rerum intimam essentiam adeo absurè cogitam habemus, quid mirum

quod divina ac spiritualia non penetremus? ad horum enim cognitionem oculi mentis nostrae cœxiunt haut secus ac oculi nocturnum ad lucem Solis splendidissimam: Idcirco nihil magis temerari processus: rium est in modum impium (ut recte inquit Ven: Horneius) in rebus divinis diff: cap 5. contradictionem in adjecto fingere. Etenim si ubique locorum ubi pag. 99. recta ratio quicquam comprehendere aut acumine suo penetrare nequit, contradictionem in adjecto fingere liceret, de omnibus articulis in Christianismo receptis jam dudum actum esset, ita enim comparati sunt, ut certitudinem quidem summam habeant, evidenter tamen non tam manifestam, ideoque recta ratio sibi relata primâ fronte ab eorum assensu resitit, quos divinâ revelatione elevata apprehendit, quandoquidem in hac mortali vita viatores, & conuenter etiam apprehensores duntaxat sumus, tendentes ad cælestem illam patriam, ubi πλειαν μη nostrum est ibique demum comprehensores erimus.

XXXII. Hinc liquidò patet multo facilius esse negare ullam in adjecto contradictionem abesse, quam eandem præstò esse affirmare posse: *Quodcunq; enim vel ante hoc factum esse constat, vel de praesenti fit, vel quod D E LLS dicit deinceps fieri posse,* de eo certo certius pronuntiare licet, quod nullam involvat contradictionem: tribus hisce regulis, quæ negativè contradictionem in adjecto respiciunt plures nunquam dantur nec dari possunt: *Affirmativa autem una modò supedit quæ contradictionem in adjecto arguit; si videlicet termini certam quandam enuntiationem ingredientes ita sint comparati, ut juxta se positi alter alterum evertat, interimat ac profrus jugeantur, verum intrinsecam & substantialem omnium terminorum naturam ita accurate investigare arduum esse atque difficile superius asserimus.*

XXXIII. Quibus bene observatis verius quoque de objecto absoluto potentiae statuere possumus, ut neque plus neque minus quam decet ei tribuamus, sed reperiuntur proh dolor qui pro lubitu suo non assinguant tantum aliquid potentiae divinæ, sed etiam qui ad errores suos convestiendos aliquid quandoque subtrahunt; ad priorum classem Pontificij non immerito referuntur, qui suam transubstantiationem, quam vocant, absolutæ potentiae divinæ tribuunt, & presupponunt eam divinæ potentiae objectum esse posse, quoniam,

ex

ex eorum iudicio, nullam in adiecto contradictionem involvit: & quamvis alij aliter de hac ipsa transubstantiatione sentiant, nostamen animadvertisimus, evidentissimam hic adesse in adiecto contradictionem, in pane enim & vino Eucharistico accidentia revera præstò sunt, uti color odor, sapor, certa quædam configuratio in pane & liquiditas in vino quæ omnia sunt accidentia à suo subjecto, inseparabilia: Pontificij verò docent panem & vinum transmutari prorsus in substantiam corporis & sanguinis Christi remanentibus tamen & in sensu incurrentibus sine subjecto accidentibus: Pontificij ergo statuunt quicquam quod palpabilem implicat contradictionem.

XXXIV. Hujus autem evitandæ causâ distinctionem aliquam excogitarunt inter actualem & aptitudinalem inhærentiam, quæ distinctione fictitia, & ex Jesuitarum cerebro deprompta est: Sicut enim actu substantia est ipsa actualis subsistentia non vero potentialis seu aptitudinalis: ita quoq; ubi est actu accidens, ibi simul quoq; est actu alius & non aptitudinalis inhærentia quæ à se invicem segregari nequit, nequam possunt, cùm accidentium esse totum sit alteri inesse actuq; ipso inhærente, uti substantia esse est per se subsistere: ubiunq; ergò datur actu accidens, ibi simul adsit necessarium est actualis inhærentia, nec illud sine hac unquam existere potest, quod cùm negetur in transubstantiatione manifesta ibi oritur contradictione quæ tollit objectum divinæ potentiae: proinde transubstantiatio est falsissima.

XXXV. Contra verò Calviniani admunt quicquam ex latitudine, seu ut Doctores Academicci loquuntur, ex sphæra objecti divinæ potentiae, cùm negent aliquid fieri posse per absolutam divinam potentiam, quod captum humanum excedere videtur; ajunt enim maximam fore repugnanriam, naturæq; lumen proscriptum iri. Si statuatur, corpus Christi ante tot secula in cœlum sublatum, in Sacramento Eucharistiae pluribus in locis administrando exhiberi.

XXXVI. Nos contrà mysteria cum indubitate & explorata veritate principiorum, quæ omnino certa naturale lumen suggestit, non pugnare dicimus, & tertia regula superiùs citata nos edocet, non involvere ullam contradictionem aut repugnaniam, quacunque DEUS ipso sima veritas fieri posse affirmavit, planumque magis e-

rit

rit, CHristum corpus suum in Sacrosancta Eucharistia præfens ex-  
hibere posse coelestem stationem minimè deserendo, dummodo  
probè attendatur, quod corpus illud in se quidem quantum est, sed  
quo minus quantitas illa, quæ est tantum accidens corporis, effe-  
ctum suum, extensionem puta ad locum, in S. Cæna producat, ab-  
soluta divina potentiæ effici posse, quum idem factum esse Sacrae  
Scripturæ indicio constet, CHristum enim S. Paulus in terris con-  
spicatus est longo post ejus ascensionem tempore; quæ quoniam  
ad Theologorum Scholam propriè spectant, ne verbulum amplius  
de iis hic addemus; & hæc quoque dicta sufficiant de absoluta DEI  
potentia activa.

XXXVII. De potentia DEI ordinata non est quod multis aga-  
mus, cùm paullò antè dixerimus eam ita esse comparatam, ut su-  
um respectum aut relationem ad certum aliquod DEI attributum  
includat, ita ut DEUS dicatur, aliquid posse facere & in actum de-  
ducere, respectu suæ absolutæ, & eadem quoque non posse præsta-  
re respectu suæ potentiae ad certum aliquod vel justitiae & veritatis,  
vel misericordiæ & bonitatis divinæ attributum ordinatae, de qui-  
bus cum in præcedentibus actum sit, ea omnia tacito ote nunc præ-  
terire commodè possumus.

XXXVIII. Finita itaque creatoris potentia activa, creature-  
rum activa potentia adhuc consideranda restat; inter quas tantum  
dein est discriminis, quantum intercedit, inter analogiam entis re-  
spectu DEI & cæterarum rerum à DEO dependentium, quæ tanta  
est, ut non inique Philosophus quidam insignis dixerit, entia creata  
& dependentia in comparatione ad unum ens independens, nihil  
ferme entitatis in se continere, proinde magna quoque est differen-  
tia inter potentiam activam creatoris, & inter potentiam activam  
creatureæ interim tamen, quia in se vera est potentia non omnino  
est negligenda.

XXXIX. Hæc iterum distinguitur in *irrationalem*, seu *merè natura-  
lem*, & in *potentiam rationalem*: In illius consideratione, ne  
όμωνυμία nos decipiatur aut inutilibus & odiosis λογοτεχνίαις ma-  
teriam suppeditet, observandum vénit, naturale dici duobus mo-  
dis: Uno modo, quod Subjecto alicui inest à principiis naturali-  
bus, & quod solis naturæ viribus sibi tantummodo relictis in actum  
deducitur, cui contra superius distinximus potentiam obedientia-  
lem,

lem, quæ requirit aliud, quoddam se superius agens à quo in actum completum deducitur, ubi etiam in latissimo significatu vocabulum hoc naturale ita accepimus, idem verò hic paullò strictius sumitur, quo significatu omnes potentiae humanæ homini naturales dicuntur tam irrationales, quam rationales, h. e. sive potentiae illæ sint ad unum saltem determinatae, ut potentia vegetativa, nutritiva, sensitiva, (non enim est in nostra potestate positum, ut ventriculus benè aut malè concoquat, ut nec in nostro arbitrio est, ut benè vel malè sentiamus, proinde hæ potentiae in unam duntaxat contradictionis partem determinatae dicuntur) sive etiam potentiae illæ in utramque contradictionis partem indifferenter ad actum sint dispositæ, & hæc est paullò strictior vocabuli, *NATURALE* significatio: Strictissima verò ejus acceptio est, quam id naturale dicitur quod communem naturæ modum sequitur, qui in eo positus est, ut potentia activa finita in unam duntaxat, non verò in oppositam quoque partem sit determinata, quemadmodum potentia urendi igni, item potentia vegetatrix homini ceterisque rebus animatis naturalis quidem est, non verò rationalis aut libera, sed ad unum saltem disposita: Ut si quis sumat proficiuos atque utiles cibos aut noxios etiam & inutiles hoc quidem pendet ab ejus libero voluntatis arbitrio, quod autem isti proficiui cibi nutritioni inserviant, & in succum ac sanguinem convertantur, noxiis verò saluti incommodent, mortemque nisi mature adhibeatur remedium, accelerent, non est amplius in ullius mortalium libero arbitrio positum, planè sicuti unicuique liberum quidem est vinum cicuta mistum bibere & à bibendo abstinere: ubi verò elegerit se velle bibere & cum Socrate, biberit non est amplius in ejus potestate utrum cicuta ei sit conciliatura mortem sive non, sed actio hæc, cum sit pura puta naturalis necessariò quoque suum effectum producit, & tali sensu finita potentia activa in strictissima significatione dicitur naturalis, prout opponitur vox naturalis, naturali liberè agenti.

XL. Potentiae verò rationales seu liberæ appellantur quæ ad utrumque æqualiter & indeterminate fere habent, positisque omnibus ad agendum requisitis vel agere vel actum suum suspendere omnino possunt, quales sunt in homine actus omnes voluntatis qui dicuntur eliciti, ut velle, amare, odiare, sive etiam actiones à voluntate.

te imperat: ubicunque igitur potentia activa ita consideratur, illa rationalis seu libera vere dicitur.

XLI. Hanc rationalem potentiam Philosophi distinguunt in potentiam per essentiam rationalem & in potentiam per participationem seu participativam rationalem, quarum posteriorem plerique hodie voluntati prout ea vel assentire vel etiam dissentire liberè potest, formaliter inhærente statuunt: Verum non modò voluntatem liberam esse sed ejus libertatis radicem in intellectu quoque consistere constans gravissimorum Philosophorum est sententia, unde à Scholasticis intellectus etiam radicaliter liber esse dicitur, licet illa libertas formaliter in voluntate resideat, hinc appareat quomodo potentia hujus denominatio voluntati & intellectui applicari debeat.

XLII. Huic finitam potentiam activam potentia passiva opponitur, ubi primò tenendū, quod certum quandam respectum illa involvat, ad actum à quo perfici potest, & cuius respectu dicitur potentia passiva omne id quod postquam suam naturam & essentiam completam consequutum est, nihilominus aptitudinem realiter inhærentem, habet ad recipiendas certas quasdam perfectiones.

XLIII. Hæc aliam, in transmutationibus presertim mediū admittit distinctionē, quā in potentiam propinquam & remotam dispescitur, quod ex subsequenti exemplo dilucidè patet; quando cibus primò demittitur in ventrem, iu ventriculo concoquitur, peracta concoctione fit chylus, deinde chymus, ex chymo sanguis, ex sanguine caro, ex carne animata autem constat homo; cibus igitur dicitur etiam in potentia ad eandem animam, remota tamen non propinqua, videmus enim si hæc omnia secundum principia physica accurate considerantur, potentias hasce alias aliis esse propinquiores, & alias ab aliis vicissim remotiores.

XLIV. Quemadmodum autem hujus allatae distinctionis exemplum quoddam manifestum dedimus, ita quoque certissimam, ac prorsus infallibilem quandam notam proponere lubet, quā adhit ita facile iudicari potest, an quicquam sit in potentia remota, an vero proxima, illa igitur hæc esto: *Quotiescumque potentia aliqua ita comparata est, ut posse deduci in actum per unum numero agens coniugientibus aliis actionibus series id certissimum mibi praaber*

4784-

argumentum potentiam illam esse propinquam, non remotam: Ita sa-  
guis est in potentia ad id ut fiat caro, virtus enim nutritiva omnibus  
animantibus natura inherens est principium activum sufficiens  
ad hoc, ut per appositionem partium (uti loquuntur Medici) san-  
guis fiat caro actu ipso, ad quam dicebatur antea esse in potentia  
proxima, juxta regulam nostram praecedentem. Longe alio mo-  
do panis in eadem potentia dicitur, ex pane enim aut simili quo-  
dam alimento etiam nascitur caro, sed ideo non est in potentia  
proxima verum remota, quoniam per unum numero agens unam  
que actionem in actum, non deducitur sed plurimum agentium &  
actionum intervenit opus est, si secundum principia physica id ac-  
curatè examinemus.

XLV. Præter hasce duas novam adhuc potentiam excogi-  
tavit Scotus; quām resistentiæ vocat, eam autem statuere superflu-  
uu videri potest, cum etiam hæc, uti potentia neutra, activæ poten-  
tiæ planè respondeat vel *negativè*, vel *positivè*, secundum actionem  
alteri potentiarum, quæ in potentiam passivam acturam erat, repugnan-  
tem, quod hoc exemplo explicari solet; si quis in ignem infundat  
aqua, aqua per suas qualitates igni contrarias extinguit quidem  
ignem, interim tamen ignis reagit adeò quoque ut videamus maxi-  
mam etiam aquæ partem ad sensum perire atque exhalare: Si igit-  
etur *positivè* intelligatur potentia resistentiæ, tum ea nihil aliud est  
quām ipsissima passiva potentia, absurdum enim non est, ut una  
eademque potentia diverso respectu sese & activæ & passivæ habe-  
at; sic dici posset, ignem pati quidem ab aqua, & tamen vicissim  
reagere in aquam per suas contrarias qualitates, illius enim quali-  
tates est siccitas & caliditas, hujus vero frigiditas ac humiditas.

XLVI. Si autem illud resistere *privativè* accipiatur ex sententia  
ipsius Scotti dicentis, ferrum non posse in se recipere formam aut  
sigillum quoddam annulo insculptum, quoniam, secundum illius  
mentem, resistit, indeq; rectè dici esse in potentia resistentiæ: Resp.  
quia per illud resistere intelligatur aliquis actus exclusivè, ideo illud  
quod excludit actum seu receptionem imaginis annulo insculptæ  
non habet in se aliquam potentiarum speciem, sed quoddam isti recipi-  
endi potentiarum prorsus oppositum, *negationem* scilicet *potentia*, quæ  
est meta, incapacitas in ferro; eodem planè modo aqua dici potest

impotens ad annuli cujusdam sigillum in se recipiendum ob nimiam suam fluiditatem quā forma sigilli retineri nequit, sed statim difflit, cū ad eam recipiendam requirantur corpora quæ nec dura nimis sed mediae naturæ sunt; uti cera, in talibus ergo corporibus quæ non sunt mediae naturæ, non est aliqua potentia species sed pura puta impotentia atq; incapacitas quædam recipiendi tale quicquam; & tantum voluimus differere de potentia.

XLVII. De actu breviūs nunc agere possumus, idq; propterea, quoniam oppositorum naturā ita est comparata, ut cognito uno alterum quoq; circa pulvrem cognosci possit: Primo autem quæri solet, utrum potentia sit prior an verò actus? quæ quæstio cūm sit fallacissima distinctè ad eam respondemus; multis enim modis unum altero vel prius vel posterius dicitur: Si quæstio est de prioritate dignitatis, tum actus jure merito dicitur prior ipsâ potentia: si vero de prioritate temporis instituatur quæstio, tum potentia in uno eodemq; ente rursum dicitur prior ipso actu; Ita qui jam ipso actu in virum eruditum evasit, idem ille antea habuit capacitem disciplinæ per quam talis evaderet: verūm nec hoc universale est, omnem videlicet potentiam actu suo esse priorem ratione temporis, sed tantum de rebus creatis & non de ente increato, DEUS enim licet sit purus putus actus, nunquam tamen fuit in aliqua potentia ad actum illum in se sustinendum, quia ab omni æternitate, cū nulla adhuc res esset, exstitit, ergo hīc vicissim actus suā potentia ratione temporis prior dici potest: Si autem de prioritate natura sermo sit, potentia passiva quidem semper præsupponit actum qui ipsam perficere possit, at potentia activa semper tamen prior est respectu actus sui inde dependentis & hinc est quod potentia primum locum assignaverimus.

XLVIII. Actus autem est vel entitativus vel formalis, ille quidem à doctissimis quibusdam Scholasticis statuitur, verūm recentiores nonnulli nimium antiquitatis amantes actus hujus denominationem rejiciendam esse autumârunt, hac solâ ratione aducti, cū in universa non modò Metaphysica Aristotelis, sed & in omnibus ejus Philosophicis scriptis istiusmodi denominationis mentio nusquam fiat: qui quidem eo nomine laude digni jure reputari

putantur, quod canam venerandamq; antiquitatem amplecti & tot  
seculis probatam Peripateticorum sententiam tueri velint; pro-  
pterea tamen hanc Scholasticorum sententiam non protus rejici-  
endam esse arbitramur, etiam si nullibi fortassis in scriptis Aristote-  
lis expressè inveniatur, implicitè tamen, quando ipsam materiam  
primam, quam dicit esse puram putam potentiam passivam, frequenter  
vocat substantiam, frequenter adhuc subjectum, imò subjectum  
generationis ac corruptionis, quod fieri nullo modo posset, si pro-  
fus nihil esset, proinde materia prima ipsi itidē actus entitativus erit,  
quem cùm habeat, omni omnino actu non destituitur, licet determin-  
nato ac specifico actu careat, alias esset profus non ens, nec conse-  
quenter generationi ac corruptioni substare posset, nihil itaq; absurditatis in eo continetur, quod actus aliquis analogè dicatur, licet  
quam proximè ad ipsam æquivocationem declinet.

XLIX. Huc accedit si argumentum illud contra denominatio-  
nem actus entitativi ab autoritate Aristotelis petitum roboris cuius-  
dam esse deberet eādem instantiā aut certe haut prorsus absimili  
inferri liceret, obedientiale quoq; potentiam neutiquam esse sta-  
tuendam, cùm nullibi Aristoteles ejus fecerit mentionem, quod  
quamvis ita sit, nemo tamen, nisi mentis aliquā impotentia labo-  
raverit, tam absurdus erit, ut potentiam hanc obedientiale  
necessariò constituendam esse inficietur, ea enim ut superius de-  
monstravimus naturalis non est, cùm solis naturæ viribus sibi reli-  
ctis in actum deduci nullo modo queat: Quemadmodum ergo  
non sequitur: Aristoteles non fecit mentionem potentiae alicujus  
obedientialis, ea igitur non est statuenda: Ita & eodem planè mo-  
do non valet si quis dicat; nulla ab Aristotele facta est mentio a-  
ctus entitativi, ergo neq; talis etiam datur.

L. Hic verò qui formalis dicitur iterum dispescitur in primum  
& secundum: primus ita dicitur vel ratione dignitatis, quo signi-  
ficatu unus & solus D E U S est actus non modo primus sed etiam  
purissimus, cùm enim actus involvat aliquam perfectionem, meri-  
tò quoq; D E O, qui summe ac incomprehensibiliter est perfectus,  
actus & quidem purissimus tribuitur; & hujus quoq; respectu a-  
ctus secundi suam sortiuntur denominationem, qui alias reliquo-

rum actuum ac formarum ratione erant primi, sic entia dependen-  
tia respectu entis primi ac independentis rectè nuncupantur secun-  
da: hoc sensu D E U S non dicitur actus primus, sed ut paullò ante  
diximus, respectu dignitatis, quo bene observato, cæteros qui hic  
se obficere solent, difficultatum scopulos citra negotium superare  
possimus.

LI Deinde tanta actus quoq; solet esse latitudo, ut eorum u-  
nus dicatur primus alter secundus ratione *succeſſionis*, quæequivoca-  
tio superiori adhuc multò major est; quæcunq; enim à D E O de-  
pendent, ejus respectu actus secundi dici possunt, & in tanta latitu-  
dine actus vocabulum acceptum non modò primus, secundus, ter-  
tius & sic coæquenter quartus, quintus, verùm etiam millesimus  
actus dari potest, de qua actuum successione sermo hic nobis non  
est, sed ratione formæ actum distinguimus in primum & secun-  
dum: omnis verò res, qualiscunq; tandem ea fuerit, ut se habet ad  
esse ita quoq; se habet ad operari, & sicut essendi ita etiam operandi  
principium est, forma enim quæ tendit ad operandum vocatur **a-**  
**c**lus primus ipsa verò operatio formæ dicitur actus secundus, at ex-  
tra formam nullum esse specieum & determinatum datur,  
quamdiu enim res dicitur esse, id habet per solam formam & per  
eam etiam nunc actu est, cùm antea potentia tantummodò esse di-  
ceretur, inter formam ergo & actum primum nihil ferè est discri-  
minis, quemadmodum enim se habent actuum operationes, ita  
quoq; se habent actus ipsi, operationes autem omnes emanant à  
forma rei quæ gignit tales actus specificos ac determinatos, hinc  
forma & in esse & in operari rectè discernitur in actum primum &  
secundum, quod cùm ipse Aristoteles lib. 1. Metaph. cap. 6. item  
lib. 2. de anim. text. 5. clarissimè exposuerit, nullum erit operæ pre-  
tium si de eo differamus pluribus: Sic igitur hic actu etiam  
quodammodo considerato præsentì exercitationi  
finem dabimus & terminum.

DEO SEMPER GLORIA.



ELERDUS EDONIUS JEVERA-  
FRISIUS.

*transpos. liter.*

Si in sudore fers laudes Viri, salve !  
E suavi sudore in laudes ferris.  
Fers ardua sedulus, o vire in eis  
Fervide sudans eris Vir, io salve !  
Vir, si in re suavi fers DEO laudes,  
Fer laudes, Vir suavis eris in DEO.  
Si suavis Vir in DEO, refer laudes.

Moribus ingenij sudasti suavis & arti  
fervide, ea salve propter, Edoni, io !  
Grator, io salve, qui sedulus arte tulisti  
ardua Parnassi scandere, scande brevi !  
O vireas in eis, fers in sudore Virorum  
Philosopho, laudes qui Vir ut è Frisiis.  
Dum sudans satagis Metaphysica ferre potenti  
actu, quæ dicas ardua, Elerde, modo !  
Ferrier in laudes Musarum perge suavis,  
& Patris, atque tuas, hoc age agente DEO !

In

In quo suavis eris, si fert in suavibus olim  
rebus Amor laudes, laudibus hasq; feres.  
Jam referens laudum specimen, suavissime, lau-  
des,  
Vir suavi juvenis re refer in DOMINUM.

T.

Ad. Roselius.



Ad Dn. Respondentem.

A gressus versa remanu decreta Sophorum  
Das modo doctrinae Pieriae specimen,  
Quod simul assidui nota praelariq; laboris  
Quem bene Musarum captus amore subis.  
Gratulor inde tibi; Cedat feliciter, opto,  
Sedulitas, faxit quid regit astra DĒUS.

Benevolentiae testandæ gr. erga Dn.  
Respondentem & olim  
Contubernalem f

JOACHIMUS Bonenbergh.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729609936/phys\\_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729609936/phys_0035)

DFG



putantur, quod canam venerandamq; antiqui  
seculis probatam Peripateticorum sententia  
pterea tamen hanc Scholasticorum sententia  
endam esse arbitramur, etiam si nullibi fortassis  
lis expressè inveniatur, implicitè tamen, quan  
primam, quam dicit esse puram putam potentiam  
vocat substantiam, frequentius adhuc subjecta  
generationis ac corruptionis, quod fieri nullo  
fus nihil esset, proinde materia prima ipsi itidē  
quem cùm habeat, omni omnino actu non desti  
nato ac specifico actu careat, aliàs esset prorsus  
quenter generationi ac corruptioni substare po  
ditatis in eo continetur, quod actus aliquis an  
quam proximè ad ipsam equivocationem decl

XLIX. Huc accedit si argumentum illud c  
nem actus entitativi ab autoritate Aristotelis pe  
dam esse deberet: eadem instantiā aut certe hi  
inferri liceret, obedientiale quoq; potentiam ha  
tuendam, cùm nullibi Aristoteles ejus fecerit  
quamvis ita sit, nemo tamen, nisi mentis aliqui  
raverit, tam absurdus erit, ut potentiam ha  
necessariò constituendam esse inficietur, ea en  
monstravimus naturalis non est, cùm solis nat  
etis in actum deduci nullo modo queat: Qu  
non sequitur: Aristoteles non fecit mentionem  
obedientialis, ea igitur non est statuenda: Ita  
do non valet si quis dicat, nulla ab Aristotel  
ctus entitativi, ergo neq; talis etiam datur.

L. Hic verò qui formalis dicitur iterum di  
& secundum: primus ita dicitur vel ratione dig  
ficatu unus & solus D E U S est actus non mode  
purissimus, cùm enim actus involvat aliquam p  
tò quoq; D E O, qui summè ac incomprehensil  
actus & quidem purissimus tribuitur; & huj  
ctus secundi suam sortiuntur denominationem

B 2




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 4 +

& tot  
pro-  
rejici-  
stote-  
iam-  
enter  
ctum-  
pror-  
s erit,  
ermi-  
onse-  
bsur-  
licet

atio-  
ujus-  
imili  
e sta-  
quod  
abo-  
lem-  
s de-  
reli-  
ergò  
cujus  
mo-  
io a-

num  
gni-  
am-  
heri-  
ctus,  
tu a-  
quo-  
rum.